Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Surrexerunt filij eius et beatissimam predicaverunt, et vir eius laudavit eam. Multe filie congregaverunt divitias, tu supergressa es universas. Fallax gratia et vana est pulchritudo, mulier timens deum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, et laudent eam in portis opera eius. Gr. Hec est vera. Alla. Difficile est. S. matheui. In illo t. loquente iesu ad turbas, ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant querentes te. At ipse respondens dicenti sibi ait. Quis est mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens manum in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est. ipse meus frater et soror et mater est. off. Filie regis. secr. Vota populi tui domine propitiatus intende, et quo tibi nos tribuis sollempnia celebrare hac gaudere suffragio. P. Co. Hilet est reg. et. Oplin. Supplices te rogamus omnipotens deus, ut intercedente sancta tua in nobis donum multiplices et tua nos gratia semper atque disponas. Po. Ecclesiam tuam iesus non conturbabit. Ora.

Adesto domine supplicationibus nostris, ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, per intercessionem beatissime virginis tue et omnium electorum liberemur. P. Leo. Omnipotens sempiterne deus. Gr. Gloria et honore. Alla. Hos vir q. t. Eu. Convocata iesu. off. Deliberavit. Oblatis quesumus domine placatus secr. et munera nostra et intercedente beata virgine tua a cunctis nos defende periculis. P. Co. Postulasti. Oplin. Tui domine percepione sacramenti et animis nostris infundat oculis et ab hostium liberent insidiis. P. Katherine virginis. Loquebar. Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis syna et in eodem loco corpus beate katherine virginis ac martyris tue mirabiliter presentasti angelos tuos collocasti, tribue quesumus, ut eius meritis et intercessione ad montem virtutum qui xpus est pervenire valeamus. P. Leo. Domine deus meus. Gr. Hec est vera. Alla. V. Quem laudant omnia celi terraque maria vocavit ad celestia katherinam cum gloria. Sequ.

Sanctissime virginis nomina festa recolamus. Venerantes huius diei predarum omnis concinamus. Proferat hec congaudens laudes et devotio cum lineata. Quia carpet organum